

## TRACTATUS III. PARTIS PROPRIÆ.

xx

## De Syllogismo Sophistico.

## Caput I. De Syllogismo Sophistico in genero.

I. Quid sit? R. Εριστικὸς δέ ἐστι συλλογισμὸς, ὁ ἐπι φαινομένων ἐν σόλοξε, μὴ ὄντων δέ.  
Καὶ εἰς ἐνδόξων, οὐ φαινομένων ἐνδόξων φαινόμενος. Top. cap. i. Litigiosus est  
Syllogismus ex iis, quæ videntur probabilia, non sunt autem, vel qui ex probabilibus, ex  
iis, quæ videntur probabilia, est apparens. Id est, Syllogismus litigiosus sive Scholastici-  
cus est, qui habet præmissas tantum apparenter probabiles, vel consequentiam apparen-  
ter tantum probabilem vel utrumque. Ad sōφισμα revocatur autem Λευδογράφημα.  
Syllogismus pseudographus est, qui fit ex propriis disciplinæ sumptionibus non veris. Id est,  
qui constat principiis alicujus scientiæ male intellectis.

Materia tantum. ut quicquid non caret oculis, habet oculos.  
Lapis non caret oculis. E. Lapis habet oculos.

II. Quotuplex sit? R. Triplex, peccat enim vel in Formia tantum: ut, O. mater diligit filium. O. pater diligit filium. E. O. pater est mater.  
Utraque: Id est, materia & forma simul; ut Quicquid non perdidisti habes. Sed aurum habes. E. aurum non perdidisti.

1. Εὐχα. REDARGUTIO. Meta Redargutionis est prænegatio concessio, vel praconcessio negatio in eadem disputatione: ut, si re-  
spondens negaverit, dormientem videre, & postea cogatur concedere, quia dormiens habet visum.

2. Φεύδο. FALSUM. Meta falsi est concessio manifestè falsi, vel  
negatio manifestè veri: ut si cogatur respondens admittere hominem  
habere alas, quia eas non amisit.

3. Παράδοξον. INOPINABILE. Meta inopinabilis est concessio ejus, quod communī hominum opinioni repugnat, vel saltem cir-  
cumstantium: ut si apud imperitos Sophista cogeret respondentem  
admittere Solem esse majorem rotaterra, apud peritos veromino-  
rem.

4. Σολοκεισμός. SOLOECISMUS. Meta solœcismi est incongrua locutio: ut si respondens cogatur admittere hanc locutionem. O.  
mulier est sensitivus, propter hoc argumentum: O homo est sensitivus.  
O mulier est homo. E. O. mulier est sensitivus.

5. Αδολεξία. NUGATIO. Meta Nugationis est lejusdem vocis  
inutilis respectio: ut, si quis cogatur sic loqui: Aliquis natus  
est natus simus, ubi inutiliter natus repetitur, propter hoc argumen-  
tum: O simus est natus simus. Aliquis natus est simus, E. aliquis na-  
tus est natus simus.

IV. Elenchi Sophisti seu Fallacie. Vide cap. 2.

V. Ratio solvendi Elenchos Sophisticos. Vide cap. 3.